FLORA.

№ 19.

Regensburg. Ausgegeben den 25. Juli. **1866.**

Mit Halbbogen 6 des Repertoriums für 1865.

Inhalt. W. Nylander: Collectio Lichenum ex insula Cuba. — L. Molendo: Bryologische Reisebilder aus den Alpen. — Verzeichniss der im Jahre 1866 für die Sammlungen der kgl. bot. Gesellschaft eingegangenen Beiträge.

Collectio Lichenum ex insula Cuba. Scripsit W. Nylander.

Cl. von Krempelhuber determinatum mihi misit Lichenes in Cuba lectos sequentes. Quum plures species eximiae vel bonae in ea collectione adsunt, eam hic exponendi venia detur. Sunt omnes corticolae.

Trib. Ramalineae.

Ramalea tribulosa Nyl. [1]). Thallus ochroleuco-pallidus irregulariter divisus adscendens, apicibus crenato-digitatis vel varie digitato-fibrillosis, sat parvus (longit. 3—6 millim.), subtus albido-pallescens opacus; apothecia carneo-rufescentia (latit. circiter 1 millim.) plana, margine concolore vel subconcolore integro, intus incoloria; sporae incolores oblongo-fusiformes, vel

1) In hoc genere novo *Ramalea* thallus ramalinodeus pallidus parvus glabratus subnervoso-striatus, subtus pallidior; structura et facies fere *Cladoniarum* thallo laciniiformi (Vid. Nyl. Syn. I, p. 190, 191). Apothecia lacteus tincta rufescentia podicellata biatorina, thecae confertae, sporae 8nae fusiformes simplices (obsolete 1-septatae). Spermogonia extus ostiolo apothecii concolori parum prominulo indicata, conceptaculo incolore; spermatia tenella cylindrica leviter curvula, sterigmata simplicia vel subsimplicia. Genus quasi intermedium inter *Cladonias* et *Ramalinas*, forte optime prope *Dufoureas* disponendum.

subbacillares simplices vel tenuiter 1-septatae, longit. 0,011—1 millim., crassit. 0,0025—0,0030 millim., paraphyses sat parca epithecium incolor, hypothecium lutescens. Gelatina hymen iodo coerulescens, dein vinose rubens. — Inter Lichenes vari et Hepaticas corticolas crescens. Gonidia mediocria (diar 0,005—8 millim.). Margo apotheciorum nulla gonidia contine Spermatia fere sicut in *Cladoniis*, longit. 0,007 millim., crassi 0,0005 millim.

Trib. Lecanorei.

Lecanora granifera Ach. typica atque etiam forma acceden ad *aurigeram* Fée, quae non specie differat. Margo apotheci rum nulla gonidia continet (sed quidem granulationes acidi lec norici, quae hydrate kalico solutae flavescunt seu dissolutione flavam exhibent). *L. subaeruginosa* (Nyl. N. Gran.) est s paranda.

Pertusaria subvaginata Nyl. in Flora 1864, p. 619 (Lindi Lich. Nov. Gran. n. 2658 et 133). Thecae monosporae, spora longit. 0,175—0,195, crassit. 0,060—0,065 millim.

Trib. Thelotremei.

Thelotrema trypaneoides Nyl. Lich. Nov. Gran. 2, p. 50.

Thelotrema glaucopallens Nyl. ibid. p. 42.

Thelotrema cavatum Ach. Sporae incolores 8-loculare longit. 0,021—25 millim., crassit. 0,008 millim.

Thelotrema adjectum Nyl. Thallus pallido-glaucescens sul opacus tenuis laeviusculus, subtilissime rimulosus; apotheci pallida in prominentiis thallinis convexis parum prominulis i nata, margine thallino vario (nonnihil irregulari et saepe levit disrupto, apertura latit. 0,2—0,3 millim.), margine proprio pa lido tenui; sporae (4nae) 6—8nae incolores oblongo-fusiforme murali-divisae, longit. 0,052—62 (—90) millim., crassit. 0,013—1 (—23) millim., seriebus vulgo 16—18 transversis 2—4-loculosa iodo vix tinctae. — Affine est *Th. myriocarpo* Fée, quod ve minus, apotheciis minoribus aliis, margine solum simplici tha lino vixque prominulo, sporis minoribus (long. 0,030—44, cra 0,009—0,011 millim.).

Trib. Lecideei.

Lecidea stictidea Nyl. (*Gyalecta*). Thallus macula pallid virescente indeterminata indicatus; apothecia thelotremoid

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0292-4

immersa albo suffusa, sat parva (hymenio latit. 0,2—4 millim.), margine thallodeo annulari firmulo (integro albo-suffuso, ostiolum formante apertura latit. 0,2 millim., diametro annuli marginalis 0,3 millim. vel paullo latiore), intus incoloria (vel perithecio obsolete fuscescente), sporae 8nae incolores cylindraceo-vermiculares 30—40-loculares, longit. 0,085—0,110 millim., crassit. 0,007—9 millim., paraphyses graciles, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo vinose rubens (praecedente coerulescentia). — Fere *Thelotrema*, sed thalamio et reactione iodica accedit ad *Gyalectas*; sporae (forte etiam plures quam 8nae in thecis) nonnihil differunt a Thelotrematum type accedente, cui tamen loculorum forma conveniunt.

Lecidea parvifolia Pers., Nyl. l. c. p. 54. Sporae oblongae vel oblongo-fusiformes, longit. 0,010—18 millim., crassit. 0,003—4 millim.

Lecidea levicula Nyl. Thallus virescens vel pallidocinerea virescens tenuis furfurellus diffusus; apothecia luteo-rufescentia vel carneolutea vel pallido-testacea minuta (latit. 0,2—0,3 millim.) convexula immarginata, intus incoloria; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,0035—45 millim., paraphyses non discretae, epithecium et hypothecium incoloria. Gelatina hymenea iodo coerulescens (dein obscurata). — Thallus compositus est e globulis vel glomerulis cellularibus vel subgelatinosis (latit. 0,015—0,035 millim.) gonidimia vel granula chlorophyllina viridia (diam. 0,002—4 millim.) numerosa continentibus. Locum habeat in stirpe *L. parvifoliae*.

Lecidea virella Tuck., Nyl. l. c. p. 55. Thallus tenuis filamentis obscuris contextus, supra quae superstrata sunt gonidia glomerulose aggregata, unde thallus humido statu virens. Gonidia vulgo diam. 0,004—5 millim. Sporae fusiformes vel fusiformi-ellipsoideae simplices, longit. 0,007—0,011 millim., crassit. 0,0025—35 millim., epithecium incolor, hypothecium luteo-fuscescens. Gelatina hymenea iodo vinose rubescens, praecedente coerulescentia.

Lecidea stephanella Nyl. Thallus albido-granulosus, granulis minutis vel globulis albis (latit. circ. 0,15 millim.) compositus, sat confertis vel nonnihil sparsis, hypothallo fusco ambitu nigricanti-limitatus; apothecia nigra (latit. 0,4—0,6 millim.) plana, margine albo subbyssino, intus nigricantia; thecae monosporae, sporae incolores ellipsoideae murali-divisae, longit. 0,065—80 millim., crassit. 0,020—30 millim., paraphyses graciles sat par-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0293-0

cae irregulares. Gelatina hymenea iodo intense coerulescen (dein obscurata). — Apotheciorum margo albus constat e fila mentis tribulose exsertis (crassit. 0,005—7 millim.). Hypothecium subhymeniale leviter vel obsolete obscuratum, epithecium vag leviter obscuratum (colore hoc saepe inter thecas nonnihil pene trante). Gonidia diam. 0,004—8 millim. Affinis *L. lecanorella* Nyl., quae autem mox differt thallo haud granuloso, apothecii margine byssino haud coronatis (sed margine albicante vel albo suffuso laevi),

Trib. Graphideï.

Graphis intricata Eschw., Nyl. l. c. p. 85. Hypothecium incolor (vel spurie seu macula sub hymenio fuscescens).

Graphis anfractuosa Eschw. Sporae 8nae incolores cylindraceo-oblongae 8—10-loculares, longit. 0,022—30 millim., crassit 0,008 millim.

Graphis vernicosa Fée, sporis usque longit. 0,150, crassit usque 0,023—25 millim.

Graphis grammitita Nyl. Thallus pallido-albidus verniceus (tamen absque nitore), leviter rugulosus determinatus; apothecia pallida gracilenta longe vageque radiantia, innata, marginibus thallinis leviter prominulis, epithecio rimiformi (pallido) parum impresso; sporae 8nae incolores (vel subincolores) ellipsoideae 4-loculares, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,0045 millim., iodo non tinctae (vel obsoletissime coerulescentes). — Affinis *Graphidi grammiti* Fée, sed jam epithecio angustato distat, nec desunt aliae differentiae.

Graphis nitida Mnt. *(Fissurina).*

Graphis fusisporella Nyl. *(Fissurina).* Thallus cinereo-virescenti-pallidus vel pallido-vireseens vel olivaceo-pallidus nitidiusculus determinatus, inaequalis vel subrugosus, tenuis; apothecia incoloria immersa, extus fissuris indicata longiusculis tenuibus, vulgo vix vel parum hiascentibus, simplicibus aut semel vel bis divisis; thecae polysporae (sporis 48nis et pluribus); sporae fusiformes simplices vel obsolete 1-septatae, utroque apice tenuissime acuminatae, longit. 0,023—30 millim., crassit. 0,002 millim. (vel etiam tenuiores), paraphyses graciles apice non crassiores. Nec gelatina hymenea nec sporae iodo tinctae. — Sporae maxime singulares utrinque sensim longe et subtiliter subulato-productae numerosaeque in thecis hanc speciem abundanter distinguunt; externa facie subsimilis est *Graphidi nitidae.*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0294-6

Opegrapha chlorographa Nyl. Thallus aeruginose virescens opacus subleprosus (vel subbyssaceo-contextus), tenuis, indeterminatus (an alienus et superveniens?); apothecia nigra linearia (latit. fere 0,2 millim., longit. vulgo 1,5—3,2 millim.), rectiuscula aut flexa, epithecio rimiformi demum explanato vel concaviusculo; sporae 8nae incolores oblongo-fusiformes 5-septatae, longit. 0,020—22 millim., crassit. 0,004 millim., hypothecium nigrum. Gelatina hymenea iodo vinose rubens. — Thallus e filamentis constat intertextis gracilentis (crassit. 0,002—3 millim.), gonidiis rugosis saepe dispositione fere moniliformi inter se adhaerentibus (diam. 0,008—0,010 millim.).

Opegrapha Bonplandiae Fée. Typica et forma sporis 9—11-septatis, longit. 0,048—52 millim., crassit. 0,006 millim.

Opegrapha subrimulosa Nyl. Thallus macula albida obscure limitata indicatus; apothecia nigra gracilenta (longit. 1—3 millim., latit. 1,5 millim.) simplicia, saepius nonnihil flexuosa, marginibus (perithecio) obsolete rimulosa; sporae 8nae incolores fusiformes 3-septatae, longit. 0,017—18 millim., crassit. 0,0035millim., paraphyses graciles irregulares, hypothecium nigrum. Gelatina hymenea iodo vinose fulvo rubescens.

Opegrapha interalbescens Nyl. Similis fere *O. interalbicanti* Nyl. l. c. p. 92, sed sporae vulgo longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,004—5 millim. et gelatina hymenea iodo solum vinose fulvescens. — Supra *Verrucariam libricolam* Fée i (an vero tantum fortuito ita quasi parasita obveniens? Tamen affines athallinae adsunt).

Arthonia cyrtodes (Tuck. pr. p.) Nyl. l. c. p. 66. Sporae incolores 11—13-septatae, longit. 0,070—80 millim., crassit. 0,018—21 millim.

Arthonia distendens Nyl. l. c. p. 66 [1]). (*Lecidea cyrtodes*

1) In Tuckerm. Observ. 1864, p. 286, legitur „determined by Dr. Nylander (tho whom specimens were sent, in advance of publication, and published by him).“ Quid hoc sibi vult? Estne accusatio? Jus hucusque fuit speciem determinanti eam describere. Si specimen nomine instructum communicatur, nomen a persona mittente datum semper retineo, ubi conservari potest; sin autem nomen tale examine nullo vel levissimo nititur vel si confusiones fovet saepe rejiciendum est. Vel quid faciendum, quando 2 vel plura nomina aut ab eodem aut a diversis lichenologis uni licheni data recipio? Quid, si sub uno nomine res diversae confunduntur? Si D. Tuckermann numerosa specimina parva mihi misit, ut determinarentur, et si deinde ei determinationes meas communicavi, nihil amplius requirere potuit. Etiam haud inutiles ipsi celeberrimo auctori americano aestimare ausus sum observationes meas prelo

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0295-2

Tuck. pr. p.). Forma thallo laevi. Sporae (interdum demum fuscescentes) saepius curvulae, longit. 0,073—90 millim., crassit. 0,024—27 millim., seriebus 12—14 transversis 1—3-loculosae (murali-divisae).

Chiodecton glaucoleucum Nyl. Thallus glaucus tenuissimus indeterminatus; apothecia nigro-cinerascentia suffusa (in jugis stromatoideis albis parvis, latit. 0,3—0,5 millim. difformibus sparsis transversim vel varie disposita) oblonga vel linearia, saepe confluentia; sporae fusiformes 3-septatae, longit. 0,036—48 millim., crassit. 0,0045—0,0060 millim., hypothecium tenuiter fuscescens. — Comparandum est *Ch. perplexum* Nyl. in Lindig. Lich. Nov. Gran. nr. 2577, quod vero mox distinguitur thallo apotheciisque magis evolutis, thallo hypochlorite calcico erythrinose tincto et hypothecio fusconigricante. Affinis est *C. decussans* Nyl. in Lindig. Lich. Nov. Gran. (1863) nr. 36, sed differt thallo albiore subbyssino nigricanti-limitato etc.

Trib. Pyrenocarpei.

Verrucaria dissipans Nyl. Thallus virescenti glaucescens tenuis laevis hypothallo nigro quasi maculis sparsis instratus; apothecia in prominentiis thallo parum mastoideis (latit. 0,4—0,5 millim.) innata, incoloria (pallida), ostiolo pallido demum nigricante; sporae 8nae fusiformes 7-septatae, longit. 0,036—48 millim., crassit. 0,0045 millim. — Affinis est *Verrucariae Tetracerae* (Ach.), sed differt jam hypothallo, apotheciis majoribus, sporis tenuioribus (in *V. Tetracerae* crassitiei sunt fere 0,007 millim.).

Verrucaria endochrysea (Mnt.). Sporae 9—11-septatae, longit. 0,066—78 millim., crassit. 0,012—15 millim.).

Verrucaria nitida Ach. et forma apotheciis supra denudatis. Sporae longit. 0,021—32 millim., crassit. 0,009—0,013 millim. — Var. *phaeospila* Nyl., typo obscurior, thallo maculam fuscam vel brunneam sistente; apothecia demum supra nudiuscula; sporae longit. 0,018—27 millim., crassit. 0,008—0,010 millim. Similem varietatem ad castaneas in Lusitania, Serra de Cintra, frequenter mixtam cum typo (in quem interdum transit) legit Dr. Welwitsch jam 1840 (sporis longit. 0,023—32 millim., crassit. 0,098—0,012 millim.).

---

vulgari subjectas. Vel anne definitiones a me datae prohibuerunt, ne Dr. Tuckermann descriptiones suas meliores faceret? At aequum est, suum cuique concedere.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0296-8

Verrucaria imitans Nyl. Similis fere *V. glabratae* Ach., sed major et perithecio dimidiato (latit. fere 1 millim. vel variante nonnihil minore). Sporae longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,007 millim.

Verrucaria infida Nyl. Thallus macula pallido-flavescente indicatus, hypochloeodes, determinatus; apothecia nigra mediocria (latit. circiter 0,5 millim.), perithecio integre nigro, parte supera convexa denudata, epithecio saepius impressulo; sporae 8nae fuscescentes fusiformes (loculis non bene determinatis 5-7), longit. 0,033—50 millim.; crassit. 0,004—5 millim., paraphyses graciles. — E stirpe videtur *V. nitidae* (et *glabratae* fere extus subsimilis), sed sporis longe distat.

Verrucaria catervaria Fée.

Verrucaria diluta Fée (*V. Chinchonae* Nyl. Pyrenoc. p. 57, non Ach.).

Verrucaria limitans Nyl. Thallus macula alba vel albida conspicue nigricanti-limitata indicatus; apothecia perithecio integre nigro (latit. 0,4—0,5 millim., infra tenuiore), supra parum convexo-prominulo nudo subruguloso; thecae cylindraceae, sporae 8nae universales incolores oblongae 1-septatae, longit. 0,023—25 millim., crassit. 0,008—0,010 millim., paraphyses graciles sat confertae. — Affinis *V. gemmatae*, sed notis allatis distans.

Verrucaria uniformis Nyl. Similis fere *V. biformi*, sed thecis non cylindraceis at oblongo-pyriformibus et sporis paullo majoribus (longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,006—8 millim.). Perithecium integre nigrum.

Verrucaria globulifera Eschw.

Bryologische Reisebilder aus den Alpen.

Von L. Molendo.

(Fortsetzung.)

Mit der Lichtung des Waldes wird das grossartige Ende des Ammerthales, die eigentliche „Oed" erreicht, deren Wildheit von niederdrückender Wirkung sein müsste, wenn nicht die anmuthige grüne Fläche erfrischend auf die Stimmung wirkte. Hier gilt es die verticalen Wandflächen abzumustern; in den Einzelzellen, welche das Zusammenlehnen der Riesentrümmer

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0297-4

immarginatis, hypothecio non infuscato. Sporae incolores oblongae 3—4-septatae, longit. 0,018—22 millim., crassit. 0,005—(millim. (vetustate fuscae). Gelatina hymenea iodo vinose rubens (fulvescens), praecedente coerulescentia.

Ad fagos in Jutlandia boreali (Branth). Faciei fere *Arthoniae patellulatae*, sed thalamio et thecis *Opegraphae* [1]).

15. *Opegrapha amphotera* Nyl.

Similis *O. variae* f. *diaphorae*, apotheciis sat confertis, sec sporae tenuiores (longit. 0,030—35 millim., crassit. 0,0035—0,004 millim.) septis 5—9 (vel saepius indistinctis).

Ad corticem in Anglia (Leighton). Hybrida quasi inter *O. variam* et *vulgatam*.

Observationes sequentes hic addere liceat.

Cl. Jones in Hibernia prope Kenmare legit *Pyrenopsin lecanopsoidem* Nyl. (*Collema pyranopsoides* Nyl. Syn. I, p. 103) forma gonimiis paulo minoribus, sporis longit. 0,014—20 millim., crassit. 0,006—0,010 millim.; ad saxa calcarea prope mare.

Pyrenopsis riparia (Arn.) a me lecta fuit etiam prope Luchon in Pyrenaeis. *P. Schaereri* (Mass.) et *Flotowiana* (Hepp) aegre specie differunt.

Leptogium Brebissonii (Del.) concipiendum est sicut propria species affinis *L. inflexo* Nyl.

Nomen meum „*Lecidea anomaloides*“ (Flora 1862, p. 464) mutandum est ob aliam homonymam. Dicatur mea *L. anomaliza*.

Sic dicta „*Aspicilia lactea*“ Mass. spermogonia habet simulque sporas et paraphyses demonstrantia eam sistere statum *Lecanorae albariellae* Nyl. Si Massalongiani analysi accuratiori uterentur in errores tales non caderent. Revera methodus accuratior dissolutionem necessario efficiet totius Massalongianismi.

Corrigenda.

p. 294, l. 13 Affinis l. Affinius.
p. 295, l. 21 universales l. uniseriales.
p. „ l. 27 globulifera l. globifera.

---

[1]) Praestantissimus Branth in Dania plurimas species optimas detexit. Tales sunt, ex. gr. ***Coniocybe hyalinella*** f. ***pistillaris***, ***Lecidea intermixta, grisella, sylvicola***, ***Platygrapha rimata*** var. ***subvirescens***, ***Opegrapha anomea***, ***Mycoporum miserrimum***, ***Melanotheca gelatinosa***, ***Spilomium trachylioides***.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05981-0376-8

5. Breve notizia dei lavori fittognostici presentati al VII. congresso degli scienziati italiani in Napoli (VI. 369).
6. Notizia di una carta topografica botanica per la Sicilia
7. Elogio accademico del Cav. Vinc. Tineo (XIII. S. I.).
8. Flora fossile dell' Etna (XVI. 1). Sr.

Druckfehler.

Im vorigen Jahrgange, in den Reisebildern von Molendo.

p. 197. Zeile 17 von unten, statt Strichungen lies Strichregen.
„ 218. „ 15 „ „ „ Gattung lies Geltung.
„ 227. „ 5 „ „ „ Ost lies West.
„ 229. „ 14 „ oben „ Randblättern lies Randblüthen.
„ 230. „ 5 „ „ „ fol. lies fil.
„ 230. „ 15 „ unten, nach *Doniana* setze: und.
„ 259. „ 5 „ oben, statt Wasservegetation lies Massenvegetation.
„ 262. „ 3 „ „ „ n. sp. lies *norticum*.
„ 263. „ 1 „ „ „ *Hutchinsiana* lies *Hutchinsiae*.
„ 266. „ 9 „ „ „ Wasserbildung lies Wasserfallbildung.
„ 268. „ 5 „ „ „ *luridum* lies *lucidum*.
„ 296. „ 9 „ „ ist *aristatum* zu streichen.
„ 299. „ 16 „ „ statt *incana* lies *viridis*.
„ 303. „ 10 „ „ „ auch lies auch beide.
„ 315. „ 13 „ „ „ Musinz lies Musing.
„ 326. „ 4 „ „ „ Frucht lies Tracht.
„ 361. „ 8 „ unten „ würdig lies merkwürdig.
„ 363. „ 17 „ „ „ *O. Erisithales* lies *C. Erisithales* +.
„ 364. „ 16 „ „ „ *spinosissimum* lies *spinosissimum* +.
„ 382. „ 2 „ oben „ Lauterbach lies Leiterbach.
„ 423. „ 6 „ „ „ Grottenbaches lies Grattenbaches,
„ 423. „ 6 „ unten „ Fleiss — lies Fleiss- oder.
„ 427. „ 19 „ „ „ 7628, der lies 7628, jene auf der untersten des Kaserrokkopfes, der
„ 429. „ 20 „ „ statt Platten lies Muschel.
„ 430. „ 9 „ „ lies: hat keinen — betreten.
„ 432. „ 16 „ oben statt Form lies Formen.
„ 445. „ 9 „ unten „ anträufelnden lies an träufelnden.
„ 446. „ 5 „ „ „ Seite lies Sete.
„ 465. „ 14 „ „ fehlt die Ueberschrift: Die beiden Pasterzen.

Berichtigung. In Nr. 3 der Flora p. 47 ist verdruckt: Zeile 3: Dunaut de Salatin, muss heissen: Dunant de Galatin; Zeile 5: Reise Beslandiers auf Mexiko, muss heissen: Berlandier's nach Mexiko; Zeile 6: Dunautia, wofür zu lesen Dunantia.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05982-0097-7

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1866

Band/Volume: 49

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Collectio Lichenum ex insula Cuba 289-296